Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Schnobel Heinrich Rudolph Redecker

# Dissertatio Iuridica De Fideiussoribus

Rostochii: Kilius, 1649

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756691826/phys_0001
DFG

K. K. — 2 (149.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756691826/phys_0002
DFG

1, Rivin, retractum legalem in locatione locum non habere.

2, Rivin, an et quatenus mortis reus tormentis denuo subjiciendus sit?

3. Rivin, de clerico cambiante.

4. Arnold, de probatione per scripturam privatam.

5. Billeb, de jure divino sacris Impp. Constitutionibus et praeprimis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae.

6. Binnius, de renunciationibus successionum, praecipue inter illustres nobilesque familias usitatis.

7. Birnbaum, de jure pupillorum singulari.

8. Bornmeister, de erroribus historicorum gentilium in rebus sacris referendis.

9. Voigt. de presbytero legitimo ordinationis ministro ex praescripto juris divini et humani.

10. von Sprekelsen, de sortitione.

11. Steinwich, de juribus civitatum.

12. Scherer, de reconventione.

13, Scherer, de litis contest. et juramento calumniae.

14. Wildvogel, de tutela dativa.

15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privatorum praeferre debeat?

16. Scheffel, de judice per accidens competente

17. Wildvogel, de commodato filii, ob ein Sohn Macht habe Jemanden etwas zum Gebrauch zu verleihen.

18. Wildvogel, de statibus provincialibus, von Landständen.
19, Wildvogel de tessera frumentaria.
20. a Diesseldorf, de potestate statuum imperii in protestantium circa matrimonia subditorum.
21. Ockelln, matrimonium cum infideli contradicens juri naturae.
22 Badin, de restringenda libertate matrimonii ineundi von Einschränkung der Freyheit im Heurathen
23, Bonhoeffer, de jure venandi per modum servitutis juris publici in territorio alieno ejusque usu et abusu
24. Hahn, de pignoribus et hypothecis.
25. Hahn, de fideicommissis familiae,
26. Tabor, de constitutione, repetitione et privilegio dotis.
27. Lemeyen, de obsignatione judiciali,
28. Rinckius, de jure retentionis.
29. Redecker ad diss. de jure cesso.
30. Redecker, de jure cesso.
31. Redecker, ad diss. de quaestionibus.
32. Redecker ad diss. de actionibus in rem,
33. Redecker de actionibus in rem.
34. Schnobel, de fidejussoribus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0004
DFG

~~37~~
34

DISSERTATIO JURIDICA

De

# FIDEJUSSORIBUS.

Quam

DEO FELICITER ANNUENTE,

PRÆSIDE

*VIRO AMPLISSIMO CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO*

DN. D. JOACHIMO SCHNOBELIO,

JCto Celeberrimo P.P. Præceptore ac promotore ſuo æviternum devenerando,

*Publico examini ſubmittit*

HEINRICUS RUDOLPHUS

Redeker/Oſnabr. Weſtph.

*Die 26. menſis Maij in Auditorio Majori.*

ROSTOCHII

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

*ANNO M.DC.XLVIIII.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0005
DFG

# VIRIS GENEROSIS NOBILISSIMIS ET MAXIME STRENUIS,

## DN. PHILIPPO SIGISMUNDO de Buſch/ in Jppenbnrg & Harlinghauſen.

## DN. CLAMERO EBERHARDO de Buſch/ in Hünnefeldt.

Dominis Patronis & Mecœnatibus meis magnis.

S. P. D.

*SÆpiùs* VIRI GENEROSI *virium mearum imbecillitatem incuſavi, quippe quæ tanta eſt, ut non modo non referre, ſed ne agere quidem gratias pro magnitudine veſtrorum in me meritorum me poſſe confiſus fuerim, hac cogitatione non mediocres ſubindè cepi moleſtias, dum nulla hactenus ſe obtulit ratio, quà fieri potuit, ut aliquod tantum animi memoris extaret indicium, tantus enim veſter erga me fuit favor, ut maximum redhoſtimentum jure meritò expectaret, ſed quia tale quid à me proficiſci nequit, quod veſtræ Generoſæ Autoritati conveniat, putavi, ne omnino ingratus videar, umbram ſaltem aliquam grat[illegible]mentis præſtare. Fretus itaq; veſtrâ benivolentiâ, haſce ſtudiorum meorum primitias, non ut munus aliquod tantis viris condignum, ſed ut debita gratitudinis ſignum VV. GG. ſacras nuncupo, Rogans ut pro veſtro favore quo me hactenus proſecuti eſtis, ſereno vultu illas accipiatis. Deum veneror ut VV. CG. cum Generoſa familia diu ſoſpites conſervare velit Roſtochii ex Muſeo 28. Maij Anno 1649.*

V.V.G.G.

omni obſequio addictiſsimus

HEINR. RUD. Redeker/

Auth. & Reſp.

## Thesis I.

Contractuum alij ſunt Principales, qui ſine aliorum contractuum adminiculo per ſe ſubſiſtunt, neque aliorum aſſiſtentiâ indigent, quales ſunt; Mutuum, Commodatum &c. Alij ſunt acceſſorii & minus principales, qui non per ſe ſubſiſtunt, ſed ad alios contractus confirmandos accedunt ut FIDEIUSSIO & PIGNUS: hi enim niſi aliis applicentur contractibus, per ſe nullam vim habent quia ſunt acceſſorij *l. 6. §. 2. l. 8. §. 3. ff. de fidej. l. 5. ff. de pign.* & inde duæ naſcuntur contractuum cautiones, Fidejuſſiones & Pignora *l. 1. § 9 ff. de collat. bon. l 9. §. 3. ff. de pig. act.* Ex his pignus tam propriæ quum alienæ accedit obligationi *d. l. 5.* Fidejuſſio autem (de qua volente Deo diſcurſus noſter erit) tantum ad alienam accedit obligationem, quia pro ſe ipſo nemo fidejubere poteſt *l. 21. §. 2. ff. de fidej.*

2. Eſt autem fidejuſſio ſtipulatio acceſſoria, quâ quis alienam obligationem ſuâ fide eſſe jubet ut creditori eò magis ſit cautum *l. 5. §. 2. ff. de fidej. l. 23. C. eod. §. ult. J. de replic.* junctâ *l. 1. §. 8. ff. de O. & A.* & qui hanc in ſe recipit definitionem, à veteribus dictus eſt Sponſor *Senec. l. 3. de benef. c. 15.* quo etiam reſpicit *Rubr. Nov. 4.* attamen Schneidew. *ad pr. J. h. t. n. 7.* differentiam facere conatur, quod nempe fidejuſſor rogatus, Sponſor vero ſponte interveniat; ſed temere, cum fidejuſſor etiam accedere poſſit obligationi licet rogatus non ſit *l. 5. pr. ff. de neg. geſt. l. 30. ff. h. t.* & in jure noſtro dicitur Appromiſſor *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 64. §. 4. ff. ſolut. matri.* qui idem promittit quod alius debet, & â creditore accipitur dum curat ut ſibi eo magis ſit cautum *Peretz. in C. h. t. n. 4.*

3 Expromiſſor tamen â fidejuſſore differt, dum nempe proprie ille dicitur, qui factâ novatione, alienam obligationem in ſe ſuſcipit, & principalem reum liberat. *l. 7. §. 8. ff. de dolo malo l. fin. ff. ad SCtum. Maced.* Fidejuſſor verò principalem obligatum relinquit *l. 1. § 8. ff. de O. & A.* Mandator verò à fidejuſſore effectu non differt, cùm adverſus utrumq; naſcatur actio mandati *Rittersb. in expoſ. Novel. p. 3. c. 2. n. 10.* ſed in ratione conſtituendi differunt, quod ſcilicet mandator obligationem ſem-

per præcedat *l.12.§.14. ff. mand.* fideiuſſor autem eam & præcedat & ſe-
quatur *l. 6. & 7. ff. h. t.* (ſi tamen præcedat & futuræ accedat obliga-
tioni uon antè convenitur quàm principalis debet *l.57. ff. h. t.*) ille nu-
do conſenſu *l. 1. pr. & §. 1 ff mand.* hic vero interpoſitâ ſtipulatione ob-
ligetur *l.5. §. 2. ff. h t.* denique ex mandato oritur actio bonæ fidei, ex
fidejuſſione verò ſtricti juris *pr. J. de Obl. ex conſenſ. § 28. I. de act.*

4. Et hæc Fidejuſſio cum tam divino quam humano iure ſit licita
*Gen. 42. verſ. 37. & c.43. v 9. Paul. ad Philem. v. 19.* quippe quæ commer-
cia & contractus, ſine quibus Reſpub. ſtare non poſſunt *arg. l.24.§.1. ff.
de minor.* promovet, nulla ratione tollenda, cum utilitati publicæ & cha-
ritati proximi inſerviat *Hunn. lib.3. var. reſolut. tr.5. q. 1.* illâ enim prohi-
bitâ contractus & commercia jure gentium introducta *l. 5. ff. de I. & I.*
aut omnino tollerentur aut certiſſime impedirentur, cum ſine fideiuſ-
ſoribus nemo inopi fidem haberet, cum tamen dilectio proximi egeſta-
te preſſo ſuccurrendum ſuadeat. Temerarias vero & inconſultas fide-
juſſiones tanquam peſtem reipub. reijcimus *Proverb. 22. v.16.27.* ne dum
alios ſervare velimus, nos & noſtra perdamus.

5. Forma fideiuſſionis, quæ alias ſolennitas dicitur duplex eſt? alia
intrinſeca alia extrinſeca: Illa eſt ſtipulatio *l. 5.§.2. ff. de V. O. l.3. §.5. ff.
de fidejuſſ.* quam verborum prolatorum natura, aut neceſſario compre-
hendit aut certè apta eſt, ut comprehendere poſſit *l. 1. pr. ff. de V. O. Myn-
ſing. ad §. ult. I. h. t.* uti igitur ſtipulatio quâcunque linguâ modo alter
alterius ſententiam vel ipſe vel per interpretem, intelligat contrahi pote
eſt *l. 1 §. ult. ff. de V. O §. 1. I eod.* ita etiam fideiuſſio *§.7. I. h. t. l.12. C. eod.*
quæ ſtipulatio ſi in inſtrumento ſcriptum ſit aliquem fideiuſſiſſe, rectè
interveniſſe præſumitur, cùm ipſo jure requiratur, & illâ omiſſâ actus
ipſo iure ſit nullus *l. 30. ff. de V. O. § 8. I. h. t. & ibi Bachov.* quia ſemper
ſolennitas intrinſeca præſumitur *arg. l. 134. in fin. ff. de V. O. l. 1. C. de
Uſur. Lindem. exerc. 6. Th. 20. h. t.* ita etiam quando fideiuſſor in iudi-
cio præſens tacet, & nomen ſuum ad acta referri patitur ac ſi ſtipulatio
interpoſita fuiſſet tenetur *l. 4. §. ult. ff. de fideiuſſ. tut.* Hodie tamen quia
parum intereſt, an pacto, an ſtipulatione quid promittatur, partium præ-
ſentia non ſtrictè requiritur, quia etiam inter abſentes fideiuſſio con-
trahi poteſt *Treutl. Diſp. 28. Th. 4. L. A.*

6. Ut in quovis contractu omnium contrahentium conſenſus *l. 1.
§. 3. in fin. ff. de pact. l. 55. ff de O. & A.* ita etiam neceſſariò ad contra-

hendam

hendam fideiuſſionem requiritur *arg. l. 1. §. 2. ff. de pact.* & is expreſſus non etiam tacitus debet eſſe, tam debitoris quàm creditoris *l. 35. §. ult. ff. de V. O. l. 3 in fin. ff. h. t.* & ideò ſola affirmatio vel commendatio, quod aliquis ſit ſolvendo fideiuſſionem non inducit, nec aliquem obligat quia non inducit mandatum etiamſi interceſſerit conſilium *§. 6. J. mand. Treutl. d. l. & ibi Bach.*

7. Quod ſi creditor in minùs idoneum fideiuſſorem conſentit, conſenſu ſuo illum approbaſſe cenſetur *l. 3. in fin. ff. h. t. l. 10. §. 1. ff. qui ſatisdict. cog l 3. §. ult. ff. ut in poſſ. legat. l. 19. ff. de R. J.* etiamſi illum idoneum eſſe ignoraverit, quoniam ſcire & ſcire debere ſunt eadem *l. 5 ff. ſi cert. pet.* & jura vigilantibus ſunt ſcripta *l. 24 ff quæ in fraud. cred. Franc. tr. de fidei. c. 4. n. 152.* fideiuſſor autem minus idoneus, non tantùm ex re & opibus ſed etiam ex difficultate conveniendi æſtimatur *l. 2 pr. ff. qui ſatiſd. cog.* ſi nempe vel privilegio fori ſit tutus *l. 7. pr. ff. d. t.* vel tam potens, ut publicis executoribus ad illum aditus non pateat *Mynſ. ad. pr. J. h. t.* Si tamen controvertatur, an idoneus ſit, id olim arbitro diiudicandum relinquebatur, à cujus tamen arbitrio ſi iniquum eſſet iudicatum appellare licebat *l 9. l. 10. ff. qui ſatiſd. cog.* quæ diiudicatio hodie ab ipſo iudice fit *Hering. tr. de fidej. c. 8. n. 36.*

8. Nonnunquam accidit, ut Fideiuſſor ſi ab initio contractus quidẽ ſolvendo exiſtat ſed deinceps, facultatibus lapſus inops efficiatur quo caſu debitor ad inſtantiam creditoris alium fideiuſſorem tenetur dare, modò is, qui antea bonis lapſus eſt, datus fuerit ex neceſſitate, pro forma contractus & legis diſpoſitione, nam non ſufficit ex mente Prætoris cautum eſſe, niſi etiam cautum maneat & duret *l. 10 in fin. ff. qui ſatiſd. cog l. 4. ff. de præt. ſtip.* quin ſi ex partium conventione fideiuſſor obligatus fuerit & ex poſtfacto bonis ille labatur non obſtante partium conventione iterari poteſt, *Bacbov. ad Vol. 2 Treutl. Diſp. 28 Th. 2. L. F.*

9. Is tamen debitor, qui ſe ad fideiuſſorem dandum obligavit, præſtando pignora quæ in locum fideiuſſoris ſurrogentur non liberatur, cum invito creditori pro alio aliud ſolvi nequeat, *l. 2. §. 1. in fin. ff. de R. C. l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. ff. de ſtip præt.* nam ſi creditor periculum cuſtodiendi pignora ſuſciperet damna medio tempore acceſſoria reſarcire teneretur *l. 29. §. pen. ff. ad L. Aquil. Peretz in C. h. t. n. 5.* Verùm quando creditor ſemel idoneum accepit fideiuſſorem non poteſt cogi ut illum rurſus dimittat & alium etiamſi ſit æque idoneus accipiat

*l. 45. §. 2. ff. mand. arg. d. l. 2. ff de R. C. Bach. d. l. Franc. d. tr. c. 4. n. 137.*

10. Omnes illi qui poſſunt obligari, etiam fideiubere poſſunt *l. 3. ff. h. t.* ſive ſint patres, ſive filijfamilius *l. 10. § filius fam. ff. h. t.* Excipiuntur itaq; illi, qui ſpecialiter prohibentur, quales ſunt infantes *l. 1. ff. de. V. O.* furioſi *l. 1. § 12. ff. de. O. & A.* niſi dilucida habeant intervalla, tunc enim non conſiderantur ut furioſi *l. 2 C. de contrah. emt.* vel ſi furor factâ fideiuſſione intervenerit nullum negotium vitiat *§. 1. J. quib. non eſt permiſ. fac. teſt.* Prodigi quibus bonis interdictum eſt *l. 6. ff. de V. O l. 1 l. 10. ff. de curat. fur.* Muti & ſurdi *l. 1. §. pen. & ult ff. de O. & A. l. 1 pr. ff. de V. O.* quod tamen in muto qui ſcribere poteſt hodie ſecus obſervatur. *Treutl. d. D. Th. 2. L A.*

11. Pupillus, quia dormienti comparatur *l. 1. §. 3. ff. de acquir. poſſ.* ideò etiam ſine tutoris autoritate ne naturaliter quidem obligatur, quatenus naturalis illa obligatio ſpecialiter ſumitur ut Civiles habeat effectus *l. 189. ff. de R. J. l. 59. ff. de O. & A. l. 41. ff. de cond. indeb. Ampliſſ. Dominus Præſes in Colleg. Pand. Diſp. XV. Th. 16.* niſi ſit factus locupletior *l. 5. pr. & §. 1. ff de autor. tut. l. 1. §. 15 ff. depoſ.* ideò ſine autoritate tutoris pro alio inter venire nequit *arg. l. 3. ff. h. t.* Pupillo etiam aſſociatur minor, qui ſine Curatoris autoritate contrahendo etiam non obligatur, ergo nec fideiubendo *l. 3. C de reſtit. in integr.* Niſi fortean pro patre ex carcere liberando fidejuſſerit, quod Pietas ſuadet *Nov. 115. c. 3. §. 13.* vel ſe maiorem profeſſus alium deceperit *T. T. C. ſi min. ſe maj. dixer.* aut in ſuam rem fideiuſſerit *l. 8. §. 1. ff. qui ſatisd. cog.*

12. Servi etiam extra rem peculiarem fideiubere nequeunt, *cum id* quod ex dominica ſolvunt cauſa, dominus repetere poſſit & ſuum vindicare *l. 19. ff. h. t.* ſic etiam milites, ne forenſibus obſtricti negotiis, exactionibus vexarentur & ideo â ſtudio militiæ avocarentur *l. 8. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 13. C. locat. l. 15. C. de re milit.* niſi forte prius aliquis fidejuſſerit & de inceps ſe ſcribi paſſus ſit *arg. l. 4. §. 8. ff. de re milit.* & huic juri hodie ad huc locus eſt, ſi milites perpetuo militiam tanquam artem & quæſtum exerceant *Bach. ad Treut. d. l. L. C.* Hiſce propter rationem utriusq; militiæ aſſociantur Clerici quia continenter divinis vacare coguntur officiis, idcirco in cauſis laicorum intervenire prohibentur, ne ſub pretextu negotiorum civilium â cultu divino avocentur *Nov. 123. c. 6. c. 1. X. de fidei. can. te quidem c. 11. q. 1. Bach. d. l. L. E.*

13. Mulie-

13. Mulieres quia propter imbecillitatem & fragilatem ſexus, multis caſibus & captionibus malevolorum hominum ſunt ſubjectæ *l. 2. § 2. ff. ad SCtum vell. l. 22. C. eod.* propter SCtum Vellejanum, quod in gratiam illarum introductum eſt pro aliis intercedere nequeunt *l. 1. pr. l. 2. § 1. l. 4. ff. l. 18. C. d. t.* illarumq; interceſſiones, ſi in inſtrumentum non ſunt redactæ ipſo jure ſine ope exceptionis ſunt nullæ *l. 23. §. ult. C. d. t.* Si tamen de hoc beneficio ſunt certioratæ, non ſolum in judicio, verum etiam extra judicium ei renunciare poſſunt & tunc ritè & cum effectu interveniunt *arg. l. pen. C. de pact.* juncta *l. 2. §. 2. l. 8. §. 10. l. ult. §. pen. ff. l. 21. C. ad SCtum vell. Bronch. cent. 2. Aſſert. 40, Facbin. 2. controv. 60.* imo etiam ſi doloſe aut callidè ſint verſatæ *l. 2. §. 3. l. 30. ff. l. 18. C. d. t.* aut pretium pro interceſſione acceperunt *l. 13. pr. l. 27. ff. l. 23. §. 1. C. d. t.* ad id, quod fideiubendo promiſerunt tenentur & poſtea etiam invitæ ab eo beneficio excluduntur *arg. l. 8. §. 10. l. ult. §. pen. ff. d. t. Treut vol. 2. diſp. 28. Th. 2. L. B.*

14. Is autem, qui neque jure, neq; ætate prohibetur, omni accedere poteſt obligationi, non ſolum civili, verum etiam naturali & honorario *§. 1. J. h. t. l. 7. l. 8. §. 2. ff. eod.* & illa ſive re ſive verbis, ſive literis ſive conſenſu ſit inita nihil refert *d. §. 1. l. 8. §. 1. 5, & 6. ff. h. t.* modo naturalis obligatio talis ſit, cui jus civile aſſiſtat ut ei effectus tribuat, ita ut quod ſolutum eſt retineri poſſit *l. 6. in fin. l. 7. ff. h. t.* nam merè naturali, vel tali quæ à jure civili reprobatur, tanquam fidejuſſor accedere nequit, ſed illud quod promiſit donaſſe cenſetur *l. 6. ff. de V. O. l. 70. §. 4. ff. h. t.* Sic nec merè civili obligationi accedere poteſt, quia illa æquitatis vinculo deſtituta eſt, ita ut tale debitum, nec conſtitui nec compenſari poſſit *l. 1. §. 3. ff. de conſt. pec. l. 14. ff. de compens. l. 37. ff. h. t. Bach. ad §. 1. J. h. t.* nam illæ exceptiones quæ principali competunt etiam fidejuſſorem tuentur, ut infra. *l. 7. §. 1. ff. d. except. Lindem. Diſp. 6. th. 3. h. t.*

15. Pro reſtitutione & conſervatione dotis maritus ut fidejuſſorem det, cogi nequit, *l. 1. 2. C. ne fidei dot. den.* quia dum mulier ſe ipſam credidit marito multo magis pecuniam ei credere debet, alias enim cauſa perfidiæ inter conjuges generaretur, cum absq; fidejuſſore mulier tacitam hypothecam habeat in bonis mariti, qua omnibus præfertur creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus *l. 12. C. qui pot. in pign. Rittersh. ad §. 2. J. h. t.* Maritus tamen volens fidejuſſorem ſponte

offerre, non prohibetur *arg. l. 8. §. 6. ff. h. t.* quia illud prohibitum nullibi reperitur, tum etiam quia hoc nomine pignus dare poteſt *l. 7. §. 6. ff. de donat. inter vir & uxor.* *Ungep. exerc. 11. q 7. Hunn. var. reſol. lib. 3. tract. 5. q. 3.*

16. Obligationi ex delictis fidejuſſor quidem accedere poteſt *l. 8. §. 5. ff. h. t.* ſed non indiſtincte. Aut enim agitur civiliter ad pœnnam pecuniariam aut agitur criminaliter ad publicum intereſſe. Priori caſu fideiuſſor ſimpliciter admittitur *l. 8. §. 5. l. 56. §. fin. l. 70 §. fin. ff. h. t. l. 1. ff. de exhib. reor.* quia hoc caſu delicti executio non impeditur ſed magis multa promovetur. Nam & fiſci & actoris nihil intereſt an Principalis an vero fideiuſſor delicti pœnam exſolvat *arg. l. 53. ff. h. t. Bronch. cent. 4. aſſert. 58.*

17. Poſteriori caſu ubi agitur criminaliter & ex delicto notorio pœna ſit corporalis, tum fideiuſſor, ſi ſe pro iudicato obligare vellet, non admittitur, quia delicta ſuos debent tenere autores *l. 22. C. de pœn. l. 5. ff. eod. l. 5 ff. de cuſtod. & exh reor.* Si crimen non ſatis notorium nec nimiũ atrox & perſona honeſta quamvis ob urgentes cauſas ſuſpecta, ſecundum arbitrium iudicis fideiuſſores de iudicio ſiſtendo accipi poſſunt *l. 1. l. 2. l. 3. ff. d. t. l 6 §. 3 l. 12.* C. *de Appell.* Admiſſo fideiuſſore ubi reus ſe definito tempore non ſiſtat, fideiuſſor in multam determinatam incidit, ſi verò dolo fecerit, quo minus reus ſiſtatur extraordinem gravius coerceri poteſt *l. 4 ff. de exhib. reor. Bach. ad §. 1. J. h. t. & ad Treut. Diſp 28. Th. 3. L. A.*

18. Fideiuſſio autem quoniam contractus eſt acceſſorius *§. 5. J. h. t. l. 32. l. 41. ff. h t.* fideiuſſor ad plus vel durius quam reus principalis obligari nequit *l. 8 § 7. ff. l. 22.* C. *h t.* cum omne acceſſorium naturam principalis ſequatur *c. 24. de* R. *J. in 6. l. 178 ff. eod.* ideoq; plus in acceſſione quam in ipſo principali eſſe nequit *d. §. 5. J. h. t.* Durius autem in iure æſtimatur, re, cauſa, tempore, & loco *d. §. 5. & §. 33. vr. plus autem J. de act.*

19. Ad carceres ideo fideiuſſor pro reo principali, ſi iuſto tempore non ſolvat, ſe obligare nequit, quia privatorum conventionibus illud non eſt tribuendum, quod mixti eſt imperii, & Magiſtratui competit nam carcer eſt receptaculum noxiorum & contumacium ideoq; ſimplicibus hominum privatorum conventionibus non inſervit neq; etiam ab executione ſed ordinariis mediis eſt procedendum *Bach. D. D. Th. 4. L. F.*

20. Ar-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0012
DFG

20. Arctius tamen fidejuſſor obligari poteſt quam reus principalis
ſi nempe accedat obligationi naturali planè invalidæ *l. 16. §. 3 l. 25 ff.*
*h. t.* vel juramento vel pignore, vel inſtrumento guarentigiato, quod pa-
ratam habet executionem, obligationem ſuam confirmarit *Franc. c. 4.*
*n. 106. 131.* In quibusdam etiam Germaniæ locis (utpote in Hloſatia &
hoc ducatu nobiles) pacto obſtagij Germ: leiſtung fidejuſſores ſè obligare
poſſunt, ut in caſu moræ & non factæ ſolutionis in certo loco vel diver-
ſorio ſe ſiſtant, & maneant, donec debitum exſolvatur *Bach d. l.* quod et-
iam olim in totâ Germ: obſervatũ fuit ut videre eſt, *ex ord Pol. de An 1548.*
*ſubtit.* von wucherlichen *contracten* §. *fin.* ſed quia tale pactũ reipubl. eſt
pèrnicioſum, legibus & æquitati contrariũ dum ſpeciẽ carceris cenſetur
continere *arg. l. 9. l. 28. §. 1. ff. ex quibus caus. maj* quod privatis prohibitũ
*l. 1. C. de priv. carc.* noviſſima & ſaluberrima conſtitutione penitus aboli-
tum per *Ord Pol de An. 1577. tit. 17.* §. wie wol auch *Hering. de fidei c. 16 n. 69.*
21. Si autem fidejuſſor majorem ſummam, quam principalis de-
bet, promiſerit, obligatio illa in totum non eſt inutilis, ſed valet quoad
concurrentem ſummam *l. 1. §. 4. & 5. l. 12. l. 83. §. 3. ff. d. V. O. l. 22. C.*
*h. t.* nam quoties plus promiſſum eſt, quam oportuit, illud tantum quod
ſuperfluum eſt infirmatur *l. 11. §. fin.* junct. *l. 12. ff. de conſt. pec. §. 8. J.*
*mand. Weſemb. in Parat. n. 5 h. t.*
22. Fidejuſſor quia ex factâ promiſſione ſuo nomine æquè obligatur
*l. 4. §. 1. ff. h. t.* ac ipſe debitor principalis, ad omne id tenetur quod in
obligationem deductum fuit ſivè ſit ſors, ſive uſura *l. 68. §. 1 ff. de fidei l.*
*8. C. quod cum eo qui in al pot.* In contractibus enim illa inſpiciuntur, quæ
principio placuerunt *l. 1. § 30. ff. depos.* & non ſolum ipſe fideiuſſor ob-
ligatur, ſed etiam heredem ſuum relinquit obligatum *d. l. 4. §. 1. ff. l. 24*
*C. §. 2. J. h. t.* cum & alias in contractibus ex facto defuncti heres tenea-
tur *l. 49. ff. d. O. & A. l. 9. ff. d. probat. l. 152. §. ult. ff. de R. J.* etiamſi in
inſtrumento nihil de eo ſcriptum ſit *§. 2. J. h. t. l. 13. C. de contrah. ſtip.*
*l. 24. C. h. t.* Et ſi unus fuerit heres, ſolus in ſolidum obligatur, ſi plures,
pro partibus hereditariis conveniuntur *l. 24. l. 49. § 1. ff. h. t.* exipitur
tamen cauſa delicti *l. 1. ff. de privat. delict. §. 1. J. de perpet & temp. act.*
niſi quatenus heres ex illo locupleclor factus *l. 7. § 1. ff. depos.* vel ſi cum
defuncto lis fuerit conteſtata *l. 20. ff. de accus. Franc. c. 5. n. 69, 73, 82.*
23. Mora & contumacia principalis ad uſuras & intereſſe fidejuſ-
ſori non nocet, ut inde obligatio augeatur *l. 5. ff. de R. C. l. ult. ff. h. t.*
*l. 8. ff.*

*l. 8. ff. de eo quod cert loc.* nocet tamen illi ad eandem perpetuandam *l. 91. §. 4. l. 88. ff. de V. O. l. 68* §. 1. *l. ult. ff. h. t.* niſi in omnem ſe obligaverit cauſam *l. 54. ff. locat. l. 5. in fin. C. de pact interemt. & vend. l. 10. pr. C. l. 68. §. 1. ff h. t.* aut ipſe fidejuſſor moram commiſerit *l. 49. pr. l. 127. in fin. ff. de V. O. Harpr. ad §. 5. J. h. t. n. 30. & ſeqq.* & hoc etiam obſervatur in fidejuſſoribus tutorum qui rem pupilli ſalvam fore caverunt *l. 10. ff. rem pupil. ſalv. for. l. 3. l. 5. ff. de fidejuſſ. tut. Peretz. in C. n. 20. in fin. h. t.*

24. Cæterùm uni obligationi non unus tantùm accedere poteſt fideiuſſor ſed etiam plures *§. 4 I. h. t.* Et hic mero jure eſt effectus illius fidejuſſionis ut omnes teneantur in ſolidum ita ut creditori liceat, vel à ſingulis vel à quocunq; voluerit ſolidum petere *l. 23. C. l. 52. §. ult. ff. h. t.* & ſi ab uno, quem convenit, ſibi non ſit ſatisfactum, regreſſum habeat ad cæteros *d. l. 23. C.* ſed contra hoc gravamen *Imperator Hadrianus* ſalutare introduxit remedium §. *4. J. h. t.* quo cautum eſt, ut illi qui convenitur in ſolidum detur exeptio diviſionis, ita ut obligatio inter illos dividatur qui tempore litis conteſtatæ ſunt ſolvendo *d. §. 4. I. l. 3. C. l. 26. l. 51. ff. h. t.* & huic diviſioni locus eſt ad ſententiam usque definitivam *l. 10.* §. 1. *ff. h. t.* etiamſi alter purè, alter verò cum conditione ſit acceptus *l. 27. ff. h. t.* quod beneficium non ſolùm ipſis fidejuſſoribus, ſed etiam illorum heredibus competit *d. l. 27. §. 3. l. 49 §. 1. ff h. t.* imò etiam fiſco *l. 51* §. *fin. ff. h. t.* poſt ſententiam definitivam opponi nequit, niſi quatenus appellatum eſt *arg. l. 10. §. fin. ff h. t. Hackelm. Diſp. 22. Th. 19. L. C.*

25 Hæc verò obligatio non ipſo jure dividitur ſed ope exceptionis, quæ agenti in judicio nominatim obiici debet *l. 26. 28. ff h. t.* & ſi conventus non oppoſitâ hac exceptione totum ſolverit, quod amplius eſt parte ſuâ tanquam indebitum à creditore repetere nequit, cùm ipſe in ſolidum fuerit obligatus, ſuæ enim negligentiæ imputare debet, quod hoc beneficio non fuerit uſus §. *4. J h. t. l. 39. ff eod.* Et hoc beneficium opponere poteſt licet ſe in ſolidum obligaverit *l. 3. in fin. C. h. t.* modo omnes litis conteſtatæ tempore ſint ſolvendo *l. 51. §. 1. ff. d. l. 3. C. h. t.* ſi vero poſt litem conteſtatem actione nempe diviſa aliquis bonis labatur illud confidejuſſoribus non nocebit ſed ipſi creditori *l. 16 C. d. l. 51. §. pen. ff. h t Franc. c. 5. n. 465.* ante litem conteſtatam ſi quis deſinat eſſe ſolvendo illud onerat confideiuſſores §. *4. I. h. t.*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0014
DFG

26. Quoniam autem hoc beneficium regulariter in favorem fidejuſſoris introductum eſt, dantur varij caſus quibus illo uti nequit, 1. ſi ei efficaciter renunciaverit *arg. l. pen. C. de pact. Nov. 136. c. 1.* quod tam expreſsè, cum hoc beneficio ſe non uſurum dicit, quàm tacitè ſi ſine exceptione oppoſita totum à ſe peti patiatur, fieri poteſt *Rittersh. ad §. 4. J. h. t.* 2. ſi in judicio ſe fidejuſſiſſe falsò negaverit *l. 10. §. 1. ff. h. t.* 3. ceſſat inter fidejuſſorem principalem & ejus fidejuſſorem, quia hoc caſu ille loco rei eſt *l. 27. §. ult. ff. h. t.* 4. ceſſat inter fidejuſſores tutorum, qui rem pupilli ſalvam fore ſpoponderunt, *l. ult. ff. rem pup. ſalv. for. Rittersh. ad pr. J. de satiſd. tut.* 5. ſi fidejuſſores ſe ad factum obligarunt, quod pro parte præſtari nequit *l. 72. ff. de V. O. l. 25. §. 9. ff. fam. erciſc.* Unde in obligationibus obſtagiorum huic beneficio locus non eſt *Franc. c. 5. n. 476. junct. Hering p. 2. c. 27. n. 91.* ubi multò plures exceptiones citantur.

27. Creditor cùm hoc modo & reum principalem & fidejuſſores habeat obligatos, cogebatur olim prius convenire debitorem pecuniæ creditæ, quàm acceſſiones, eoq; jure fiſcum ſemper uſum eſſe teſtatur *Cujac. ad Nov. 4.* deinceps electionem habebat tam de jure Digeſtorũ quàm Codicis, an ipſum principalem, an vero fidejuſſores prius convenire vellet *l. 48. l. 56. ff. mand. l. 3. §. 19. & ult. C. h. t.* Quod cum nimis aſperum Imperatori viſum eſt, quippe qui tritum illud obſervari vidit, Sponde noxa præſto eſt, hoc correxit, & in gratiam fidejuſſorum ſecundum introdúxit remedium, quod vocatur beneficium excuſſionis, vel novæ conſtitutionis, vel ordinis, *Nov. 4. Auth. præſente C. h. t.*

28. Excutere cùm nihil aliud ſit, quàm diligenter in fortunas alicujus inquirere *Sen. lib. 1. de benef. l. 1. C. de revoc. iis quæ in fraud. cred.* inde DD. excuſſionem deſcribunt; quod ſit inquiſitio ac diſcuſſio bonorum principalis debitoris, ad ultimum usq; quadrantem; ex quo pateſcit, quod hoc beneficium ideo excuſſionis dictum ſit, ut reus principalis primò conveniatur & excutiatur, quàm fidejuſſor, quia in ipſo contractus principio hoc actum videtur, ut fideiuſſor in id demum teneatur, ad quod præſtandum principalis non ſufficit, *Nov. 4. c. 1.* ideò & conſequens erit, ut creditor primò principalem excutiat: nam principali debitore non excuſſo, fideiuſſor moram nullam committit, quia propter competentem exceptionem priùs fideiuſſor interpellari non potuit. *l. 40. ff. de R. C.* & ubi nulla eſt petitio ibi mora non committitur *l. 5. C. de contrah. & commit. ſtip. Gail. l. 2. Obſ. 27.*

29. Hæc exceptio dilatoria eſt, quia differt actionem, donec principalis debitor ſit excuſſus, & ideo conſequenter ante litis conteſtationem erit opponenda *arg l. 2. §. fin. ff. de except. l. 40. §. 3. ff. de procurat. l 19. C. de probat. Fach. l. 8. controv. c. 52.* præſertim cùm olim ante litem cum principali conteſtatam fidejuſſor conveniri poterat, quod ex veteri illo jure originem traxit, ut lite conteſtata exceptionem illam amplius opponere non poſſit *l. 5. C. h. t.* quod tamen non obſervatur in fidejuſſore indemnitatis, is enim poſt litem conteſtatam adhuc gaudet illo beneficio *Vasq lib. 1. c. 33. n. 7.* Oppoſita autem hac exeptione quomodò in ipſa executione procedatur vide *Franc. c. 5 n. 297.* tam rigoroſe enim adverſus principalem proceditur, ut etiam ad ungulam usq; exuatur, & ſi excuſſio non ſit legitimè facta iteratò fieri debet *Gail. l. 2. Obſ. 27 n. 10.*

30. Et ſi creditori & pignoribus & fidejuſſoribus eſt ſatisdatum, (quod fieri poſſe probat *l. 2. C. h. t.*) jure veteri electionem habebat, an vellet diſtrahere pignora, an ſine illa diſtractione fidejuſſorē convenire *l. 2. 3. 5. C. l. 51. §. 3. ff. h. t.* Sed quia *Nov. 4.* Imperator fidejuſſoribus voluit conſulere, conſtituit, ſi debitor poſſideat pignus, non poſſe creditorem ſine ejus diſtractione ad fideiuſſores pervenire; Et ne huic conſtitutioni fraudem faciamus *l. 29. & ſeqq. ff. de* LL. benignâ interpretatione magis illud extendi poteſt, ſi creditor pignus poſſideat. Si verò pignus ab extraneo poſſideatur, non, niſi excuſſo principali & convento fidejuſſore ab hiſce ſuum conſequi nō potuit, contra pignoris poſſeſſorem agere licet. In hiſce itaq; conſtitutionibus ſæpiſſime verſari ſalutem fidejuſſorum notorium eſt, attamen harum legum & conſtitutionum benignitas hoc ingenioſo ſeculo propter multas excogitatas rationes certis limitibus coarctata eſt, ut interceſſores inviti ab illa diſcedere cogantur, quarū rationum *Berlich. p. 2. concl. 24. n. 2.* nonaginta unam allegat, quarum propter inſtituti brevitatem quaſdam tantum attingemus.

31. Primò ceſſat hoc beneficium, ſi principalis debitor notoriè non ſit ſolvendo, tunc enim excuſſio fruſtra intentatur, quia inopia debitoris actionem excludit *arg. l. 6. ff. de dolo mal. l. fin. pr. ff. de* R. C. *Gail. d. l.* & illud notorium intelligendum tam de eo, quod in facto, quàm quod in jure conſiſtit, & variis modis probari poteſt; nempe per famam vicinorū, quibus inopia debitoris nota eſt, vel quando debitoris bona ſunt publicata, quod planam inducit notorietatem, quibus etiam annumerandum eſt, ſi principalis debitor in tam munitiſſimo ſit loco, ad quem acceſ-

acceſſus non patet, & ideò oriatur conveniendi difficultas *Coler. de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 391.* In Jure conſiſtit notorium, quando quis pro naturaliter obligato fideiuſſit, ut pupillo, prodigo, furioſo &c. quia notiſſimum eſt, naturaliter tantum obligatum excuti non poſſe *Franc. c. 5. n. 340.*

32. Secundò ſi debitor principalis ſit abſens, vel præſens & ſui copiam non faciat *Nov. 4. c. 1.* ita ut ſine magno negotio & difficultate conveniri nequeat, ne diuturna illa abſentia ſit creditori incommodo & fraudi, rectè contra fideiuſſorem actio intenditur. In hoc tamen caſu fideiuſſor dilationem petere poteſt, & judicem rogare, ut ſibi tempus aliquod determinetur, intra quod principalem ſiſtat; ſi autem intra illud tempus non comparuerit, fidejuſſor conveniri poteſt *Auth præſente C. h. t.* quia talis difficultas facti notorium inducit *Gail. d. l. n. 35.*

33. Tertiò ſi ſtatuto aut conſuetudine hoc beneficium fuerit ſublatum, quod fieri poteſt, quia jure civili eſt introductum *Auth. præſente C. h. t. Nov. 4. c. 1.* ergo contrariâ conſuetudine rurſus tolli poteſt, quia tanta eſt vis conſuetudinis ut legem ſcriptam tollere poſſit *l. 32. de LL. § pen J. de jure N. G. & C. 2. feud. 1. Hunn. l. 1. var. reſol. tr. 1 q. 27.* modò ab allegante probari poſſit *l. 1. C. quæ ſit long. conſv.*

34. Quartò ſi fideiuſſor fidem ſuam interpoſuiſſe inficietur, & deinceps de mendacio convictus fuerit, ideò quia lex mendacia ſeverè prohibet *l. 11. §. 3. ff. de inter. in jur. fac.* propter pœnam mendacio dignam beneficio prædicto non gaudet, *l. 10. ff. h. t.* cùm ſit juris non incogniti, quod nemo debeat fructum ex eo conſequi, quod niſus fuit impugnare *l. 37. in fin. ff. de min. l. 8. §. 14. ff. de inoff. teſt. Vasq. lib. 1. Ill. contr. c. 33. n. 9.*

35. Quintò ſi fidejuſſor principali debitori ſucceſſerit, ad excuſſionis beneficium nullum habet refugium *l. 24. C. h. t. l. 7. C. de pact.* tunc enim non convenitur ut fidejuſſor, ſed ut heres debitoris *l. 95. §. 3. ff. de ſolut. l. 21. § ult. ff. h. t. l. 13. ff. de duob. reis.* Et quamvis tempore aditionis inventarium rerum hereditariarum fecerit, hoc illi planè non prodeſt, quò minus ultra vires hereditarias creditori in ſolidum ſatisfacere teneatur, niſi enim hoc fieret via ſe panderet, per quam creditor deciperetur; poſſet enim debitor inops fidejuſſorem inſtituere heredem & hoc modo ab obligatione illum eximere ideo beneficium faciendi inventarium non debet in creditorum injuriam extendi *l. 4. C. de emanc. lib. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 54. & ſeqq.*

36. Sextò ſi efficaciter beneficio *Auth. præſente C. h. t.* renunciaverit, quod aliàs in favorem fidejuſſorum introductum eſt *N. 4. c. 1.* & ideo nullum eſt dubium, quin hoc caſu ceſſet, quia beneficio proſe introducto renunciare unicuiq; liberum eſt *arg. l. pen. C. de pact.* nam proviſio hominis proviſionẽ legis tollit, quod notiſſimum eſt *l fin. C. de pact. conv.* & cùm fidejuſſor regulariter non teneatur in plus, quàm ipſe principalis debet *l. 8. § 7. ff. h. t.* tamen hoc caſu moratoria dilatio principali conceſſa fidejuſſori non prodeſt, cùm illa tanquam perſonalis perſonam non egrediatur *c. privilegium X. de R. J. in 6. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. n. 384.*

37. Inde jam maxima oritur inter DD. controverſia, qualis ad excludendum beneficium excuſſionis requiratur renunciatio? In hoc diverſarum opinionum diſſenſu diſcernendum erit, quot modis renunciatio in jure ſumatur. 1 enim conſideratur per verba generaliſſima, ut ſi dixero, renuncio omni beneficio juris, & hoc caſu renunciatio iſta non operatur propter generis obſcuritatem & incertitudinem *l. 56. §. 3. ff. mand. l. 17. C. eod. l. 40. verſ. quamvis ff. de jure fiſc. arg. l. 3. C. h. t.* 2 per verba generalia & ſubalterna, ſi nempe fidejuſſero renuncians omnibus beneficiis fidejuſſoribus conſtitutis, & talis renunciatio beneficium excuſſionis removet: tantum enim operatur generalis diſpoſitio quoad ſpecies, quam ſpecialis certis applicata ſpeciebus *l. 51. in fin. ff. de admin. tut. l. 79. ff. de leg. 3. l. 4. in pr. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum* fruſtra enim illa verba adijcerentur niſi ſortirentur effectum *arg. l. 190. ff. de leg. 1.*

38. 3. per verba ſpecialia, quæ ſecundùm JCtos ſingulas ſpecies, vel ſecundùm Logicos individua denotant, puta ſi nominatim & expreſsè beneficio excuſſionis renunciavero, & tunc non eſt dubium, quin talis renunciatio valeat, & hanc diviſionem *Coler. d. tr. p. 1. c. 10. n. 430. & 445.* confirmare videtur. Cui tamen fidejuſſori non annumerandus erit, qui interpoſito juramento intervenit, quia juramentum ſemper induit naturam contractus *l. fin. C. de non num. pec. l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. 11. §. 2. ff. de jurejur. c. 13. de cler. non reſid.* & natura hujus contractus in hoc reſidet, ut ante reum principalem fidejuſſor non poſſit conveniri *Auth. præſente C. h. t.* & juramentum hoc contractum munit non verò beneficia tollit. Nam ſi factâ excuſſione reus principalis non ſit ſolvendo, fidejuſſor, dum ſolvere cogitur, juramento huic ſatisfacit *Fach. l. 3. controv. c. 18.*

39. Huic

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0018
DFG

39. Huic etiam adijciendus erit fidejuſſor, qui ſe ut principalem obligavit. Sanè ſi nuda ſpectemus verba, videntur illa exceptionem excuſſionis ſuſtuliſſe, ſi verò verborum effectum, neutiquam naturam contractus evertunt, quia contractuum conditio & origo eſt inſpicienda, & tam notum quam notiſſimum eſt, quod omnis fidejuſſor gaudeat beneficio excuſſionis *Auth. præſente* C. *h. t.* & ideò non ſimplex verborum conceptus, ſed vis contractus erit obſervanda *arg. l. 17. ff. de* LL. quia ipſa hoc ſuadet æquitas, ut is qui pecuniam non accepit, ſed gratuitò fidejuſſit, damnum ex ſuo officio non patiatur, ideo ex rationis identitate *l. 3.* C. *h. t.* hîc commodè applicari poteſt. Nam ſi ſpecialis illa obligatio, ut ſinguli in ſolidum teneantur, beneficium diviſionis non removet, idem in hoc caſu erit dicendum *arg. l. 12. l. 13. ff. de LL.* & nulla novatio induci poteſt, niſi expreſsè illud ſit actum *l. ult. C. de Novat. Frantzk. exerc. 10. q. 8.*

40. Fidejuſſor neglecto diviſionis & excuſſionis beneficio conventus integrum debitum ſolvere tenetur, & illud ſolutum, quod portionem ſuam excedit, à creditore repetere nequit: quia is ſuum debitum conſecutus eſt, & ſolutio quantitatis non indebitæ revocari non debet, *l. 49. §. 1. verſ. quod ſi duo ff. h. t.* interim ut & hoc caſu fidejuſſori conſulatur, ne ex ſuo officio damnum capiat *l. 140 ff. de* R. *J.* tertium beneficium fidejuſſoribus conceſſum eſt, quod vocatut cedendarum actionum, quo cavetur, ut fidejuſſor in ſolidum conventus non ante ſolvere teneatur, quâm creditor ipſi competentes actiones in ſolidum cedat (i. e. exercendas mandet) nomen debitoris ei vendat, & ſi quæ pignora habeat in illum transferat, quibus ei & contra principalem (qui tamen alioquin actione mandati tenetur ut infra) & ſi is non ſit ſolvendo, contra confidejuſſores ſuccurratur, *l. 17. l. 4. §. 1. l. 26. l. 36. l. 29. ff. h. t. l. ſ2. l. 11.* C. *eod* & has actiones ſi creditor cedere recuſaverit, ab agendo repellitur & fidejuſſor ut præter virilem portionem ſolvat compelli nequit, *d. l. 2. l. 11.* C *h. t. Treutl. vol. 2. diſp. 28. Th. 6. l. A. Rittersh. ad §. 4. J. h. t.*

41. Et quanquam poſt factam ſolutionem nulla ampliùs ſupereſſe videtur actio, *l. 76. ff. de ſolut.* niſi pacto illud ſpecialiter conſtitutum fuerit, *arg. l. 23 ff. de* R. *J.* attamen & æquitati & veritati conſentaneum eſt, ut non modò ante, vel in ipſo ſolutionis actu, ceſſio à creditore petatur, ſed etiam ex intervallo factâ fidejuſſoris ſolutione creditor com-

pelli poteſt, ut ſolventi jus ſuum cedat; non enim ſimpliciter obligatio cenſetur diſſoluta, ſed tantùm reſpectu creditoris non etiam reſpectu confidejuſſoris: nam fidejuſſor ſolvens confidejuſſoris nomen emit, *l. 36. ff. h. t.* quemadmodum ergo emtori ex emto, quandocunq; pretium eſt ſolutum, actio competit *l. 11. pr. ff. de act. emt.* hæc eadem creditori incumbit neceſſitas, ut fidejuſſori ſolidum ſolventi actiones venditas cedat *l. 17. ff. h. t. l. 23. ff. de hered. vel act. vend.* cùm aliàs malè cautum foret fidejuſſori, quia alia actione ſuum conſequi nequeat niſi ſibi ea ceſſa fuerit à creditore cui ſolvit, *l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* nam actionem negotiorum geſtorum contra illos movere nequit, quia illorum negotia non principaliter ſed per conſequentiam geſſit, contra, *l. 2. l. 6. §. 1. ff. de neg. geſt. Harpr. ad § 4. J. h. t. Franc. c. 5. n. 484.*

42. Factâ hoc modo ceſſione, quæ vel expreſſis verbis vel per teſtes, vel aliàs fieri & ſufficienter probari debet, is qui ſolidum creditori ſolvit, à reliquis confidejuſſoribus illud tantùm, quod amplius eſt portione ſuâ, repetere poteſt, quia & juris & æquitatis rationi contrariatur & ceſſionis natura non admittit illam repetere partem quam ipſe obligatione ſua agnoſcit, quia is qui in pari causâ eſt melioris conditionis eſſe nequit, quàm reliqui confidejuſſores *l. 38. §. ult. ff. de adm. tut. l. 5. ff. de cenſib.* aliàs abſurdum ſequeretur dum illud quod peteret ſtatim reſtituere teneretur *l. 8. ff. de dol. mal. & met. except.* nam etiamſi plures fidejuſſores ipſo jure in ſolidum ſint obligati, in effectu tamen, ſi omnes ſolvendo ſint, pro virili parte onus obligationis ſuſtinent, *l. 5. l. 21. C. h. t. Berlich. concl. 22. p. 2. n. 87. & ſeqq.*

43. An verò is, qui ſolidum ſolvit, debet ceſſis actionibus, à ſingulis confidejuſſoribus ſingulas & viriles portiones petere? Ad quam quæſtionem ita diſtinguendum. Aut renunciatum eſt beneficio diviſionis, aut non renunciatum eſt: priori caſu ab uno ſolidum petere poteſt, quia is exceptionem creditori non potuit objicere, ergo nec ceſſionario, in quem omne jus à creditore translatum eſt, *arg. l. 95. §. pen. ff. de ſolut. l. 2. C. h. t.* aliàs ſi ſingulos ſingulariter convenire teneretur, particularis exactio illi fraudi foret, *l. 41. §. 1. ff. de uſur. l. 19. ff. de pign. l. 3. ff. fam. erc.* non enim ex jure ſuo & proprio agit, ſed ex jure cedentis. *l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* Et quemadmodum creditor fideiuſſori ſolventi actiones cedere neceſſe habet, ita eaſdem fideiuſſor, dum totū conſequitur, à confideiuſſore alteri illi concedere tenetur. Poſteriori caſu à ſingulis viriles partes

exige-

exigere cogitur, quia nec creditor quempiam illorum in ſolidum convenire potuit, ideo nec plus juris quam ipſe habet transferre potuit, *l. 54. ff. de R. J. Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 2. n. 11. & ſeqq.*

44. Præter hæc, exceptiones reo principali competentes etiam fidejuſſoribus illorum proſunt, *l. 15. l. 32. ff. h. t. ſ. exceptiones J. de replic.* ubi tamen diſtinctio exceptionum, quæ continetur in *l. 7. ff. de excep.* probè eſt notanda. Nam quædam dicuntur reales, quæ ex ipſa re originem trahunt, & illam afficiunt, & hæ fidejuſſoribus abſolutè proſunt etiam invito reo, *d. l. 7. §. 1. l. 19 ff. de except. l. 21. in fin. l. fin. ff. de pact.* Quædam dicuntur perſonales, quæ perſonæ rei principalis cohærent, & hæ ut fidejuſſoribus proſint neutiquam extenduntur, *d. l. 7. pr. ff. de except.* quia privilegia in gratiam certæ perſonæ conceſſa, illam non egrediuntur *l. 196 ff. de R. J.* ideò pactum perſonale ad aliam perſonam, quàm cui illud conſtitutum eſt, non extenditur. *l. 22. l. 25. §. 1. l. 27. §. ante ff. de pact.*

45. Dummodo creditor, vel actione ex ſtipulatu, vel condictione certi, debitum ſuum à fidejuſſore conſecutus eſt, ne hic exinde damnum patiatur, unde videtur præmium meruiſſe *c. 2. X. de fidej.* contra debitorem, ſi ſolvendo exiſtit, poteſt uti, vel actionibus propriis vel à creditore in ſe tranſlatis: Propriæ actiones ſunt Mandati & negotiorum geſtorum. Et illam quidem adverſus principalem meritò movere poteſt, *l. 10. §. 11. l. 33. l. 53. ff. mand. ſ. 6. J. h. t.* quia is mandaſſe videtur, ut pro ſe ſolveret, *l. 47. ff. de cond. indeb.* & nihil intereſt ſive pro reo expreſſè mandante, ſive pro illo præſente & tacente intervenerit, *l. 6. § 1. & 2. l. 8. ff. mand. l. 14. C. h. t.* nam is qui non prohibet pro ſe ſolvere, aut intervenire, mandare creditur, *l. 60. ff. de R. J.* Hæc ei datur, ſi pro ignorante vel abſente, ſine interveniente mandato fidejuſſerit, *l. 5. pr. ff. de O. & A. l. 20. §. 1. l. 35. ff. mand.* Et hiſce actionibus non tantùm principale debitum, ſed etiam expenſas & omne intereſſe repetere poteſt, *c. 2 X. h. t. l. 27. §. 4. ff. Mand.* ſive ultro ſive coactè ſolutionem fecerit, *l. 10. §. 11. d. t.*

46. Si verò pro præſente ac invito interceſſit ac ſolvit, nec negotiorum geſtorum, nec actione mandati ſuum conſequi poteſt, *l. 40. l. 6. §. 2. Mandat.* ſicut nec ſi pro turpi cauſa fidejuſſerit: nam rei inhoneſtæ mandatum non eſt obligatorium, *l. 22. ſ. 6 ff. §. 7. J. d. t.* vel donandi animo intervenerit, *d. l. 6. §. 2.* quo caſu nec exceptiones reo competentes objicere poteſt, *l. 32. ff. de pact.* ratio eſt in *l. 7. pr. de donat.* Nec

hiſce

hiſce actionibus locus eſt, ſi exceptiones ac defenſiones, quibus ſe reus contra creditorem tueri poteſt, non objecit, ſed ſciens prætermiſit, *l. 10. §. 12. l. 29. pr. mand. l. 91. ff. de V. O.* nam diſſoluta negligentia propè dolum eſt, cui etiam ſæpe comparatur *l. 1. § 1. ſi menſ. falſ. mod. dix.* nam quod à fideiuſſore petitur, à reo peti videtur, & longè utilius eſt fideiuſſori non ſolvere, quàm ſolutum repetere, cùm varia accidere poſſint, quæ mandati actionem redderent inanem, *l. 15. ff. h. t. l. 6. ff. de dol. mal. Harpr. ad §. ult. J. de replic. n. 6. & ſeqq.* illud etiam quod ſupra ſummam, in quam rogatus eſt, ſolvit, repetere nequit, quia fines mandati non debuiſſet excedere, *l. 33. ff. §. 8. J. mand.*

47. Regulariter fidejuſſor principalem debitorem ante ſolutionem factam convenire nequit, *l. 14. pr. d. t.* cùm nullam habeat actionem, quippe qui nec damnum nec patrimonii diminutionem ſuſtinuit, ideo quia nec dum mandatum executus eſt, nec negotia geſſit, nec ceſſas à creditore actiones habet. Sed hujus concluſionis propter fidejuſſorum favorem dantur variæ exceptiones; Et primò quidem, ſi reus nimis longè ſolutionem protraxerit, rectè fidejuſſor ad liberationem agere poteſt *l. 38. §. 1. ff mand. c. fin. de fidej.* ne ſemper ſolutionis periculum ſit pertimeſcendum, dum obligatio eſſet perpetua *prov. 6.* quamvis autem illud tempus ad decennium extendi poſſet *l. pen. & ult. C. de præſcr. long. temp. l. 1. §. fin. ff. de jure delib.* cum tamen hi textus de diverſis loquantur caſibus, rectius arbitrio judicis illud decernendum relinquitur, niſi fortean ſtatuto certum tempus ſit præfinitum *Gail. lib. 2. Obſ 29. n. 6.* 2. ſi debitor bona ſua dilapidare inceperit, ex quâ profuſione ad paupertatem pervenire poſſet: nam de modico non curat prætor *l. 4. ff. de reſtit. in integr.* ideò ne periculum ſit in mora, etiamſi jure deficeremus naturalis æquitas ſuaderet fidejuſſori actionem non eſſe denegandam *arg. l. 2. §. 5. in fin ff. de aqu. & aq. pluv. arc. Coler. de proceſ. execut. p. 1. c. 10. n. 372.*

48. 3 Si fidejuſſor condemnatus eſt, Principalem rite convenire poteſt *l. 10. C. mand.* quia ſententia paratam habet executionem *l. 59. ff. de re jud. l. 1. 2. C. de except. rei judic.* ideò, & ſi creditori, cui obligatus eſt, nondum ſatisfecit, tamen actione mandati conſequi poteſt, ut debitor pro ipſo ſolvere cogatur *l. 45. §. 4. ff. mand. l. 6. C. eod. Peretz. in C. h. t. n. 41.* 4. ſi fidejuſſor inſtrumento guarentigiato obligatus eſt; tunc enim pro condemnato habetur, & ipſa inſtrumenta ſententiæ vim præ ſe ferunt

ſe ferunt

ſe ferunt *arg. l. 45. §. 3. ff. mand.* nam quemadmodum jam agendum, ſæpè pro acto habetur *l. pen. ff. de teſt. mil.* ita etiam certò condemnandus pro condemnato *l. 8 §. 1 de manum. Weſemb. in π. h. t. n. 6.* plures limitationes inſtituti brevitas non admittit.

49. Omnes denique effectus fidejuſſionis, quibuscunq; modis principalis impeditur obligatio, etiam impediuntur *l. 43. ff de ſolut.* ſi enim principale debitum ſit ſolutum, fideiuſſor etiam liberatur *l. 71. pr. l. 15. §. 1. h. t.* nam talis ſolutio geminam liberationem parit, modò integrum debitum ſit ſolutum *l. 27. ff. l. 9. C. de ſolut.* Factâ etiam legitimâ novatione fidejuſſio tollitur, modo in ſequenti rurſus fidejuſſor ſeſe non obligaverit *l. 4. C. h. t.* & certiſſimè conſtat novationem eſſe factam, quæ enim niſi expreſſa fuerit, non præſumitur *l. fin. C. de novat.* Solvitur etiam fideiuſſio per ſucceſſionem, quia tunc actiones confunduntur, & obligatio fidejuſſoria, tanquam infirmior, ab obligatione principali tanquam potentiori & pleniori infirmatur & perimitur *l. 5. pr. l. 14. ff. h. t. l. 4. ff. ad L. Falc* modò lis ſuper fidejuſſoriâ actione nondum ſit conteſtata, tunc etenim fidejuſſio confuſione peremta non intelligitur *l. 14. ff. de hu qui not. inf.* Principalis debitor ſi bonis cedat, fidejuſſor non liberatur, quia in hunc eventum magis acceptus intelligitur, ut creditori ſit cautum; Vel ſi bona ejus confiſcentur: nam tum debitum principale per fiſcum durat & ideo nulla ratione fidejuſſor liberari poterit *l. 1. l. 15. §. 1. l. 20. C. h. t.* fiſcus tamen prius erit excutiendus *Peretz. C. h. t. n. 43.*

50. Et quandiu fidejuſſor in omnem cauſam obligatus eſt, donec creditori ſit ſatisfactum *l. 54 ff. locat. l. 56. §. 2. ff. h. t.* ideo factâ prorogatione termini ſolutionis inter creditorem & debitorem obligationis vinculo non exolvitur, ſed tàm in ſecundo quàm primo termino tenetur, cum temporis adjectio quæ ſolutionem reſpicit obligationem non tollat *l. 42. ff. de V. O.* ſed tantum exactionem differat & terminum intra quem fieri debeat ſolutio, exprimat *l. 44. § placet. ff. de O. & A.* & illa prorogativo temporis, facta intelligitur cum omnibus acceſſoriis quare non tempus ſolutioni præfinitum, ſed ipſa ſolutio eum liberat *l. 27. §. 1. ff. de pact.* & ſi fidejuſſor hoc modo liberaretur male cautum foret creditori: Aliud tamen dicendum, eſt ſi fidejuſſor ad certum tempus ſe obligaverit, quod limitandæ & reſtringendæ obligatio-

nis cauſa adjectum eſt, ideo juris ratio non patitur ut ultra id fidejuſſor teneatur quam quod inter illos convenit *l. 7. ff. locat. l. 42. ff. de V. O.* nec conventio inſcio fidejuſſore inter creditorem & debitorem factâ fidejuſſori in futurum obeſſe debet, ut inde augeatur obligatio, quia nova interceſſit *l. 13. §. 11. ff. locat. arg. l. 99. ff. de V. O. l. 25. §. fin. ff. de recept. Coler. de proceſ. p. 1. c. 10. n. 338.*

# Trinuni Deo ſit laus & honor.

## Ad Dn. Reſpondentem.

Quæ ſint SPONSORUM ſollerti indagine jura

Dum quæris, publicâq; laboras voce tueri,

Non modò profectum ſpondes in jure futurum,

Sed quoq; præſentem pandis, REDEKERE, ita porrò

Perge, & propitio continges numine metam.

Joachimus Schnobelius,
J. U. D. & P. P.

35. Redecker, de dignitate equestri.
36. Schoepffer, de officio praefecti castelli ad extrema obligati, der sich wehren soll, bis auf den letzten Mann, oder bis auf den letzten Blutstropfen.
37. Schoepffer, de pericolosa conceptione instrumenti
38. Romerschhausen, de parentibus inter liberos dispo-nentibus eorumque juribus.
39. Pestel, exerc: acad. ostendens solam ignorantiam quantumvis justam et probabilem nullam operari resti-tutionem J. J. adversus qualemcunque praescriptionem.
40. Pestel, de edicto D. Hadriani tollendo.
41. Pestel, utrum unus testis faciat torturae locum?
42. Paozbusch, de revenditiones pacto.
43. Fuchs, matrimonium modo inconsueto celebra-tum validum.
44. Graffland, de conditione furtiva.
45. Grammlich, de illicito concubinatu.
46. Grande, de jurejurando sive voluntario sive necessario sive judiciali
47. Grantzius, de tacita renunciatione juris et lapsu fatalium quaesiti.
48. Rudebeck, navigatio ad romanos usurarum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0025
DFG

49. Schacher, de aequitate edicti, quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

50. Schacr. an genus, vel nomen actionis in libellum sit exprimendum.

51. Schacr. de affirmatione contract. unilateral.

52. Schacr. de convenienta et disconvenientia excommunicationis majoris cum banno imperiali, in genere.

53. Schacr. de juris romani indulgentia circa concubinatum.

54. Schacr. de jure interrogationum.

55. Pauli, observationes curiosae, ex jure vario.

56. Pauli, de crimine atheismi ejusque poena.

57. Penningbüttel, de testamenti imperfecti approbatione.

58. Carpzow, de usuris.

59. Ludowicus, de collatione bonorum.

60. Ludowicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludowicus, de fidejussoribus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756691826/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0028
DFG

Interdum tamen, tàm heredibus q[illegible] [illegible]ribus Iuris re-
media competunt. Olim enim poteſtas erat [illegible] [illegible]o reo, eligen-
di fideiuſſores: Sed nouiſſimo iure non permi[illegible] [illegible]iter interceſ-
ſorem conueniri priùs, quàm excuſſio fiat in[illegible] [illegible]is principalis,
iſq́; inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, ſi fideiuſſor ſe obligauit vt prin[illegible] [illegible]ndo debitum
ſuum proprium, niſi in ſpecie beneficio exc[illegible] [illegible]uth. præſente.
C. eod: renunciauerit, rectè Hyppol. de Ma[illegible] [illegible]ueniri poſſe,
debitore non excuſſo, affirmat, quod & nos [illegible] [illegible]muis Conſt:
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures ſunt fideiuſſores, ſinguli in ſo[illegible] [illegible]re obligantur
& conueniri poſſunt, ſiue id nominatim c[illegible] [illegible] non, & ſiue
omnes ſint ſoluendo, ſiue non.

XXX.

Contra quam tamen exactionem ſolid[illegible] [illegible]iuiſionis ex-
Epiſt. D. Adriani ſuccurritur fideiuſſorib. a[illegible] [illegible]inceps credi-
tor à ſingulis, modò ſoluendo ſint, virilem[illegible] [illegible]etere compel-
latur, niſi & iſti beneficio in cautione[illegible] [illegible]um fuerit.

XXXI.

Quod ſi vnus ex fideiuſſorib. ſo[illegible] [illegible]e velit, ita ei
ſubueniri ſolet, vt creditor compellatur vend[illegible] [illegible]nomina, quæ
ipſe habet, adeò vt in ſolidum condemnat[illegible] [illegible]cati conue-
niri cœperit, idem deſiderari poſſit, & hoc [illegible] [illegible]itramur vel
ante ſolutionem aut in ipſa ſolutione aut etia[illegible] [illegible]em, quam-
libet ſpontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fu[illegible] [illegible] creditoris,
adeò, vt ſi in ſolidum ſoluit, ius, quod [illegible] [illegible]in ſolidum
cedendum eſt.

 Num

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691826/phys_0029
DFG